



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio [i.e. Sectio] VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

QVÆSTIO VIII.

Nec quisquam nitatur auctoritate cuiusdam Canonistæ, qui vixit anno 1454. nomine Fœlix Malleolus, & fuit Canonicus Tigurinus, sed de hæresi tantum non damnatus, quare & Ioan. Baleo & similibus tantopere commendatus: hic Malleolus, integro libello. *duorum tractatum de exorcismis*, se patronum præbet huiusmodi precationum & medicamentorum. plurima huius opuscula circumferuntur, sed in plerisque multa sunt temeraria, erronea, & scandalosa: quare maturo & sapienti consilio Ecclesia Romana eius nomen, inter primæ classis prohibitos scriptores, quorum cuncta scripta sint vetita, retulit. ideo Catholicis eius auctoritas profligata plane censenda: sed nec rationes vilius momenti attulit. Examinemus singulas breuiter, vale licitam esse curationem per huiusmodi verba (dicam Latine, tum vt omnes intelligat, tum ne quis vitatur, si eo, quo pronunciantur sunt verba, idiomate & rythmo proponerentur. *Si sancta Maria virgo puerum Iesum vere peperit: liberetur animal hac Passione. In nomine Patris, &c. Et illud, Christus fuit natus, Christus fuit amissus, Christus fuit inuentus: ipse benedicit, & consecret hæc vulnera, in nomine, &c. Et illam, Ego adiuro vos vermes, per omnipotentem Deum, vt ista ciuitas vel domus sit vobis tam detestabilis, quam Deo est vir ille, qui falsam sententiam protulit, & iustam nouit, in nomine Patris, &c.] & dicit hæc dicta, mutatis mutandis etiam proficere, cōtra lumbrices & vermes, qui animalia viscera corroduunt. Fateatur suæ sententiæ contrariū esse quendam, qui scripsit de superstitionibus (*intellige Martin. de Arles*) & Ioan. in*

A summa Confes. & An. Dom. 1405. lectorē ordinis Augustiniani coactum reuocare Heidelbergæ articulū, quo dixerat posse huiusmodi formulis sine peccato aliquē vti, & nominatim secunda illa coactum, inquam, hoc reuocare, ad mandatum Domini Episcopi Spirens. & peritorū studij Heidelberg. tanquam erroneum, & polliceri, se de cætero non amplius talia verba prolaturum. His nō obstantib. **B** contrarium ipse censet. Probat primo quia pium est & meritoriu sanare morbos, non hominum modo, sed & brutorum: vt pbantur multi Sancti fecisse. *Resp.* hoc fecere. citra oēm superstitionis suspicionē, & sic facere est pium ac meritoriu: formulas vero hæc superstitiosas esse, & merito suspectas.

C Secūdo, licet benedicere animalib. in nomine Domini. *Resp.* licet, si nihil addas superstitionis dicti vel facti.

D Tertio, licet illa maledicere, seu cōiurare, & excommunicare, & exorcizare. vt fecit S. V. Wilhelmus Lausanensis Episcopus, qui ab Anguillis laesus omnes Anguillas suæ ditionis maledictione expulit & relegauit. sicut & B. Pruminus insulam S. Marci prope Constantiam, venenosis coinquinatam vermibus, totaliter suis precibus mundauit. Et Episcopus Lausanensis, tum viuens, contra venenatas sanguifugas, quæ veneno suo inficiebāt Salmones & alios pisces, exorcismos ex sacris Scripturis compositos, fecit pronuciari. Et soliti sunt etiam in Heluetia, contra valde noxium genus vermium quod vocant, *Iuger*, instituire iudicium processum, sicut fit contra facinorosos: & sicut & Constantiensis & Curientes faciunt cōtra vermes alios nuncupatos *Lausskasser*. *Respond.* Exorcismos & Ecclesiasticas

depul-

depulsiones animalium pbari, quos publicus Ecclesiae vsus recepit & approbavit, non quoscunq; privati comminiscuntur. Hodie in ritualibus Romanis habemus expressas formulas legitimas, quas omnes sequi deberet: possunt, & vti tuto proprijs diocesijs, quae à sede Romana approbatæ: imo sine peccato vti illis possunt, etiamsi non sunt expresse approbatæ, dummodo nec improbatæ, nec à viris doctis & pijs in dubium vocatæ, nec apertam vanitatem præ se ferant, & ijs licite quoq; vsus in Æthiopia Franc. Aluaréz Lusitanus contra locustas. narrat ipse in Hist. Æthiop. c. Vt sane in formula ipsius exorcismi seu adiurationis Lausanensis Episc. nihil continetur, q; possit improbari, nisi forte citatio illa, & pcuratorium pisciũ, & alij quidam actus iudicarij, quæ omnia videantur vana & superflua: q; idem dicendum, de publica praxi Constantiensis & Curienfis. Tertio vero illa adiuratio, erat introducta priuatim à rustico, nec de origine prima eius ququam constat: in exorcismis autem non recipiendas quasuis pro arbitrio exorcisantis preces, sed certas & ab Ecclesia præscriptas docent Conc. Carthaginens. 4. can. 7. & Ioan. Micrologus l. de obseru. Eccle. c. 7. Quoad factum denique Guilhelmi & Prunij, similia legim⁹ de S. Patricio & alijs, sed aliud non probant, q; licere sicra adiuratione, vel oratione, virtute Dei, animalia noxia expellere, q; nemo negat: Licet autem certas formulas arbitrati quorumvis cõfictas in vsum inducere, id non probatur, q; nego ego. Sane Apostoli, & Sancti, absq; alio verborum additione daemones expellebāt, & morbos sanabant in solo Christi nomine a sic DD. Petrus ac Paulus, D.

A Ioan. b, D. Thom. D. Andr. DD. Iudas & Simon c, & D. Hilarion. d fecere.

Quarto addit, pro argumẽto, ex legenda S. Blasij, cum benedictione solitum munire animalia imbecilliora contra grandiora: item, q; qui porcos castrant, eos D. Anton. comendant, & si porci D. Anton. donati violentur ab aliquo, illũ non esse impunitum. Resp. hæc nihil ad rem pertinere: nihil n. hic verborum superstitiosorum intercedit. De D. Basilio in vulgatis legendis multa narrantur, quæ nulla nituntur fide vel auctoritate. Cur B. Antonio porcus appingatur, nescio, nisi hoc ex hac ortum consuetudine fuerit: sed q; huius consuetudinis initium, rursus ignoro. Deuotioni populorum præ & innoxia, sanctorum caritatem sæpenumero fauere & applaudere videmus. Nimirum recte Ambrosius, Prospero, dixit, *potest cedere quicquid simpliciter sub Dei sit deuotione.*

Quinto ex sacra Scriptura sic argumentatur, Paul. dicit, *omnia quæcumq; facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite e*, qui omnia dicit, nullum actum (salte bonum) excipit. Resp. eum sumere pro certo, q; est in controuersia, hunc actum animalis cum talibus verbis curati esse bonum. Nec dicit Apost. licita esse quæcumq; in nomine Iesu facimus, sed quæcumq; facimus, ea nos in hoc nomine, & non in alio facere debere.

Sexto, tempestatẽ per maleficium excitatã, ab agris alio maleficio repellere, est actus bonus: ergo et superstitiosa formula licet repellere morbum animalis maleficiati. Antecedẽs pbat ex l. eorum. C. de malef. & auctoritate Azon. in sum. & Arch. Resp. & legẽ illã, & auctores eã sequẽtes manifeste errare cõtra fidem, & docebo fuse lib. 6.

b Prochorus in vita Ioann.
c Abdias li. 1. 9. 10. & 13. hist Apost.
d D. Hier. in eius vita.

K.
e Colof. 3. v. 17.

Septimo, quoad primam formulā, A
 excusat illā: Quia si particula mea nō
 est dubitativa leu cōiecturalis, sed cau-
 salis, significans idem quod, *quia vere.*
 Quemadmodum, in illo: *si iudicas eos*
cognosce, ite n si in inferno nulla est redem-
prio, sane terribilis est recordatio. Resp. et si
 ita sumas formulā esse supersticiosā,
 qui i vel illud additur, vt causa sanatio-
 nis, vel vt signū, si vt signum non est si-
 gnum ad hoc à Deo vel Ecclesia insti-
 tutum, ergo à priuato, & tum merito
 suspicamur pactum cū dāmonē. quia
 cū Deo nemo sic pacificatur: nec licet
 nobis Deo signū p̄scribere, vel dare.
 Si vt causa, vel quatenus aere m verba
 verberant, & sunt talis sonus (q̄ est ri-
 diculum) vel quaten⁹ ipsa verba vim
 physicam habent (q̄ āque absurdum)
 vel quaten⁹ habent vim moralem, q̄-
 ro an hęc sit ex ope operato, an ex ope
 operantis: non illud, quia non sunt Sa-
 cramenta. si istud, ergo iā à deuotione
 res p̄det, ergo etiāsi aliis vteretur ver-
 bis id à Deo obtineret. ergo iam vana
 formula. habet hoc argumentum vim
 contra ceteras omnes Nec tñ vim ha-
 bet contra institutas ab Ecclesia for-
 mas exorcismorum: quia Deus Eccle-
 siam in hīs dirigit, & sp̄s̄a suę votis fa-
 uet: adeo vt Ecclesię preces huiusmo-
 di, vt nominis Christi, q̄ inuocatur &
 inferitur, vt causa simul & vt signum
 operentur, eo modo quo & signum
 crucis formam p̄nunciatumque. f

f Tyraui
 lib. de da-
 moniac. p.
 ult.

Octauo contendit licere aliquando
 dēmonū vti ministerio, & eos ad hoc
 inuocare: quia D. Theodorus Episco-
 pus Sedunensis ingentem campanam
 à Leone Pontifice sibi donatam, à Ro-
 ma Sedunum vsq; per dāmones por-
 tari curauit. Cōfirmat, quia generales
 hęc propositiones sunt reiiciendę, o-
 mnibus nobis iniuriam & damna &

molestias pertinaciter inferentib. est
 ignoscendum, qui hoc dicat ex Domi-
 ni p̄cepto, eum dicit mentiri. veritati
 n. consonum esse non parci quibusdā,
 sed oportere puniri: Itē, de vsuris ge-
 neralem faciētes, phibitionis detesta-
 tionem errare, cum in multis contra-
 ct⁹ vsurarum videatur licit⁹. Sic vult,
 qui negant vllas formulas supersticio-
 sas esse licitas, eos quoq; errare, Resp.
 me mirari audaciam vel ignorantiam
 hominis audacem. q̄ fabellas nobis
 pro historiis obrudat, quarum nullū
 refert auctorem. Si hoc accidit (non
 credo quidem) sed si accidit, speciali
 Dei reuelantis permissione hoc ab E-
 piscopo illo factum, aliq̄ nec omnia
 semper sanctorum alias virorum facta
 imitanda, immo nec necessario temp
 probanda. Confirmationis primum
 membrum p̄sus vel calumniosum ē,
 vel absurdum. calumniosum, si vim p̄-
 cepti Dominici remissione iniurię in-
 tellexit: absurdum, si sic intellexit, vt
 ex argumēto videtur intellexisse. Do-
 min⁹ n. rancorem, irā, vlciscendi stu-
 dium, & animi perturbationem pro-
 hibuit. Sibi vindictā relinqui voluit,
 eam in hoc sæculo retribuit per iudi-
 ces: vicarios suos, nihil igitur hoc per-
 tinet ad iudiciariā iniurię p̄secutio-
 nem. Secundum membrum de vsuris
 erroneum est. nunquam enim vsura-
 rii contractus vlli liciti fuerunt.

Postea conatur probare, formulam
 ratione versus, seu rythmi supersticio-
 sam non esse. Quod nec nos dicimus:
 dicimus tñ, quia non solet Ecclesia
 exorcismos versibus ligare, hoc non
 carere aliqua suspitionis causa.

Decimo vult etiam ratione rituum,
 & gesticulationum variarum quibus
 vtuntur rustici & alii huiusmodi me-
 dentes, nō posse dici formulas super-
 stitiosas.

stitiosas.

stiriosas. Resp. ritus omnes & gestus absonos, quos Ecclesia nō recipit, nec verbum Dei, scriptum, vel nō scriptū, approbat, censei merito vanæ obseruantiae species, & propterea fugiēdos, tamquam supersticiosos. Addit etiam certe parum piam dicti sui multiplicē confirmationem. prima est. Christus Dominus cæcum sanauit spuēs in terram, & factō luto, & eo illitis oculis 2. D. Marcus eodē modo futorem sanauit in manu sinistra læsum. 3. Helisæus miros gestus fecit, vt puerū suscitaret. 4. D. Hierō. per signum crucis leonis pedē sanauit. 5. in paruulis baptizādis multos ritus, tact⁹ & mores nunc exerceēt Sacerdotes, qui in primitiua Ecclesia fuissent exorbitantes: Res. ex his ineptissime inferri, ad rit⁹ illos à mulierculis & rusticis priuata auctoritate receptos. Christi Domini ritus fuit maxime mysticus & significatiuus, vt S. Patres ostendunt. Helisæi factum, prophetia fuit incarnationis Domin. De D. Marco illa narratio, mera negnia est. D. Hieron. Ecclesiastico remedio & proprio Christianismi signo fuit vsus. Sacerdotes, qui alios ritus seruant, quam Ecclesia præscribit, peccāt: qui eos tantum seruāt qui sunt in ritualibus, nihil faciunt, quod non Ecclesiastico vsu à plusquam mille annis receptum sit, vt docet Bellarminus tom. 2. agens de baptisimi ceremoniis. Plenum vero impietatis est, nec à blasphemia alienum ceremonias Ecclesie, & actiones Christi atq; Prophetarū comparare maleficiorum actionibus, & ex illis has velle deducere vel comprobare, vt facit Malleolus.

Vndecimo coniectorem agit: fortassis, inquit, est arcanum Dei, quod sancti vi-ri per reuelationem receperunt. Sicut olim per hoc verbum Ananisapta, reseruatū,

rentum, & portatum contra pestilentiam fideliter credentes securitatem perciperunt. Resp. non, quod possem, omne fortassis affirmatiuū, solui per fortassis negatiuū: sed quamdiu de tali reuelatione non est vlla probatio, tutiorem partem eligendam vt abstineatur: deinde ipsorum esse qui defendunt non conicere, sed p̄bare reuelationem, deniq; illud ipsum quod addit, de Ananisapta, cuius exemplo conatur intentum p̄bare: esse non tantum vanum, sed etiā mere magicum, & ex pacto dæmonico natum. Sciendum n. inter magica reliqua periammata solitum, vt cōtra pestes & febres pestilentes, in quo tres versiculi debebant certo describitur modo; (rit. &c.)

Ananisapta ferit, mortē qua ledere qua-
Quibus quid potest dici ineptius? nam illud ananisapta nihil prorsus significat, & ponitur tamē versu tertio, vt Dei nomen, & petitur ab eo, vt ferētis miseretur. vnde patet sic occulte dæmonem inuocari, q̄ hoc sibi nomen vel signum constituerit. Deinde quod ait fideliter credentes tātum sanari: hoc indicat eum requirere certā fidem virtutis illorum verborum: q̄ & ipsum est impiū. Si vero licet de significatione cōicere, suspicor vocem esse ex Chaldæo vel Hebræo confictā. Si velis deducere ex חַנַּנִּי Hānani, miserere mei, & שׁוּפֵט Sophep, vides misericordiam vt à iudice peti, sed non à Deo vero, vt arbitror. Nam Ana אַנַּא secretis Mekubalim mysteriis significat mentem cui innatā primæ notiones: in cuius medio dicunt sedere angelum, quem vocant anim, qui rei veritatem homini aperit, & indicat. vnde & אַנַּא anā nomen idoli, & illis anani diuinatio. Saphat vero denotat eum iudicare שׁפֵט ananisapta

igitur

igitur quasi *ananisapta* significat demonem illum, diuinationi qui preest, & diiudicat atque indicat morbi causam atque remedium. semper n. malefici priusquam sanent, sententiam ferunt, maleficio morbum illatum fuisse. Atq; hoc arbitror arcanum illud magnum, quod Malleolus indicare voluit vel debuit. Sane magicæ voces plerumque ex Hebræo sumptæ. Non me latet cabalistarum deductio litteraria, scrupulose si non superstitiose ex Guarino proposita à Martino de Arles li. de superstition. qui supponunt *Ananisapta* significare malam mortem (qua quæso lingua?) & qualibet littera representari vnā dictionem. vt A. sit Antidotum, N. Nazareni, A. Auferat. N. Necem, I. Intoxicationis, S. Sanctificet, A. Alimenta, P. Pocula, T. Trinitas, A. Alma. & sic significari, quod mors Christi, quæ ex parte Iudeorum mala fuit, ex parte Dei mortem (hoc est diabolus) ferire. & cat. Quæ, quis non videt esse gerras Siculas? Nec vero infœlici illi Fœlici suffragatur, quod.

Duodecimo subdit experienter (*vt dicitur eius verbis, ne quis me fingere quidquam putet*) videtur, & ab Ecclesia permittitur, quod illi, qui per certas formas verborum serpentes tollunt, (prout Apostoli fecerunt) & tangunt, & in medicinalibus refectionibus multipliciter deducunt, imo leprosos sanando, nodum fundametaliter infectos, multum proficiunt: & ecce quod illi, qui proprie talibus verborum exorcismis in eadem forma non vtitur, licet fortiora loquatur, nihil apud serpentes operatur. *Respons.* primo falsum esse quod dicitur ab Apostolis serpentes sublato, per certas verborum formas. nam hoc per illos factum dumtaxat, iussione, in nomine Iesu, vt Dominus

A præcepit, & cui formæ, vt causa ac signo, suam opem atq; effectum pollicitus fuit. falsum est secundo ab Ecclesia incantatores serpentum, qui comentitiis huiusmodi formis vtuntur, vel morborum curationes tales pficiunt permitti, vt docui iam saepe, & ostendâ ex professo li. 6. Tertio falsum est, aliis formis potentioribus. vtentes effectum non consequi. consequuti n. eum sunt sancti viri signo crucis, inuocato nomine Dominico, & similib. Ecclesiastic. remediis. Quod si loquatur de formis comentitiis atq; priuatis, hæc ipsa experientia docet ex pacto fieri. nã ideo pdest vna, quia legem illam Diabolus tulit: non pdest altera quæ eam non prescripsit.

Decimo tertio, sic argumentatur, Deus etiam per malos Sacerdotes, si seruent præscriptam ab ipso verborum formam conficit Eucharisticum sacramentum, per bonos vero, si formulam non seruent, non conficit. ergo etiam Deus per malos seu maleficos, si verba concepta seruent, tribuit sanitatem, per bonos non tribuit si non seruent. Consequentia probatur. quia, teste D. Gregorio, miracula minora probantur per maiora. Sed illud de Eucharistia est maius, istud de curatione morbi est minus, ergo istud bene probatur per illud. *Equidem miror* Christiani alicuius tantam esse posse impudentiam, vt sacratiss. rei mentione sic abutatur, & talem instituat cõparationem. nimirum magiæ sectatorum hoc proprium est, non catholicorum votum verorum. Ad argumentum negatur cõsequentia. nec vrgetur probatio, quia præsupponit falsum, nempe miraculosam, & non prodigiosam, hoc est à Deo, non à demone causam in casu proposito: quæ nobis impugnatur. Transubstantiationis miraculum de fide est. miraculum sit,

1 Marc.
v. 11.

quia

quia Christus hanc, & non aliam formam verborum instituit. Sanatio hæc nullo argumento idoneo probatur à Deo esse, & quare corrumpitur tota machina. D. enim Gregorii verba de duobus veris miraculis sunt.

Decimo quarto insistit probationi experientia parū attendens experientiam tantū ostēdere, quid factum sit, sed nō docere quod curatio sit à Deo, vel etiam q̄ sit licita. nam nō quicquid corpori p̄dest, id licitum est, vt constat, alioqui & nimis potu ad vomitum, & nequiorib. aliis vt liceret, & medici talia suadentes excusarēt. alioqui à dæmonib. morborū curationē petere liceret. vt impius Paracels. censuit, & non nimis obscure Malleolus videtur concedere. quæ cuncta sunt impia.

Decimo quinto, quæ in his formis continentur cuncta sunt ex S. S. desumpta. ergo licita & sancta. *Resp.* nihil hac illatione frigidius peccatum enim hic est in abusu applicationis. eo qd̄ verba sacra applicantur, ad ea quæ Spiritus Sanc. nullo modo intendit. quemadmodum peccāt, qui ad diuinationes, satyras, pasquil. & huiusmodi, S. S. verba desectunt. Confirmat arg. suum; quia nō reprehenderetur, qui cum signo crucis simpliciter diceret sanare in nomine Christi. ergo nec ille, q̄ paulo plus rituum & verborum bonorū adhibet. *Resp.* rursus consequentiā claudicare. quia prior ille Ecclesiasticā & Euangelicā formam sequitur: posterior voluntariam suam cōmentitiam. Deinde & prior ille hoc faciēs temere, pōt peccare delicto tētantis Deum.

Decimo sexto, credentibus Deus pollicitus miraculorum patratiōem ad solum credentium iussum: neq; distinxit, si hac vel illa forma vsi fuerint, sed formam generaliter loquēs libe-

A ram reliquit. neque nos igitur hanc licentiam restringere neq; distinguere debem⁹. *Resp.* Christum Dominū fidelib. eam potestatem tribuisse, qui fide firmi, in nomine ipsi⁹, ad fidei confirmationem ista faceret, quādo salus animarum hoc deposceret, vt patet ex serie cōtextus D. Marci a. Et sic Christus Domin. miracula sua edidit. Velle aut̄ miracula edere, dūtaxat vt homo, vel, equus vel vacca, sanentur a gritudine corporali, hoc Christ⁹ nec iussit, nec approbavit, nec solet concurrere ad huiusmodi. formā quoq; simplicē nobis reliquit, manus impositionem, & simplicem in nomine eius cū benedictione iussionem, vel precationem. Hanc Christi licentiā nec restringim⁹, nec distinguim⁹, sed arcem⁹ ab ea supposititious additiones & ampliaciones.

C Ultimo sic argumentatur: in dubiis benignior interpretatio faciēda, sed hic res dubia est, ergo potius dicendum licere, quam nō licere. Conf. Deus intentionem facientis attendit: eam rusticus iste hoc faciēs habet bonam. ergo non est damnāndus à nobis. *Resp.* An hæ formulæ sint licitæ necne, stricte loquendo dubium non esse. primo quia non sunt sufficientes rationes, neque argumenta satis idonea, vt iis intellectus sanus ac bene dispositus moueatur ad credendum, has formulas esse bonas ac licitas. hoc tñ necessariū esse, vt dicatur dubium, constat. **D** Deinde quia regula iuris Canonici im̄pbat omnes orationes & formulas huiusmodi, præter *Pater noster* & *Credo*, vt docuimus: nec inuenitur exceptio per Ecclesiā introducta specialiter de huiusmodi formulis: sed dubium nō pōt dici id de quo inuenitur regula vetans, nec probatur de eo calus specialim exceptus. **E** ergo istud hic non po-

ad. ca. v. l.

b Argon. Galii ad 2. D. h. 2. l. 60. a. 4.

c Barro. in l. qu. ties. D. si quis caution.

rest dici dubium. Denique hic non sunt Doctorum sententia: pro parte affirmatiua: dubium enim non dicitur, nisi sint hinc inde utrimque Doctorum opiniones d. Verum ergo dubium hic non potest esse de re, vtrum per se sit licita, nec ne: sed tantum de persona, vtrum peccauerit faciendo, quod putabat, licitum, nec ne? quae duo sunt omnino diuersa. fieri enim potest: vt peccem faciendo rem licitam: & fieri potest vt non peccem, faciendo rem illicitam. Quare etiam aliud est iudicare de re, aliud de homine. Quando quis iudicat de homine, debet spectare bonum hominis, quod consistit in eo vt quis bonus esseatur: ideo in dubio, ne homini fiat iniuria, teneor potius iudicare, q non deliquerit. Sed quando quaeritur de ipsa re, quia rei non interest qualis existimetur, bona an mala, ideo non accommodandum est in dubiis iudicium bono rei, sed bono ipsius iudicantis, hoc est ei quod vtilius est iudicantis bonum autem iudicantis est, non decipi intellectu, & intellectus bonum est veritas, nempe sic rem intelligere, vt reuera est: quare hoc iudicium est conformandum ipsi rei, quoad fieri potest, & de re iudicandum, non vt expediat personam facientis cuius hic ratio non habetur: sed pro vt natura & conditiones rei postulant. qua in re D. Thomae ceteri assentiuntur g. Accedit, quod quodstio haec de re, pertinet ad commune animarum salutem, quae paucorum superstitioso: um fauori preferenda est. quando vero disceptatur de animae periculo, tum non quod lenius videatur in quosdam, sed quod reuera sit animae tutius, id sequendum, vt communiter docent D D. h Ad argumentum itaq; breuiter respondeo, ex maiore bene inferri, de peccato ipsius vtentis, qua-

d *Cuma.*
conf. 154.
in fi. Socin.
conf. 115.
col. 3. vol. 1.
Corneus
conf. 71. li.
2. par. 3.

e *Guido P.*
pa. sing. 217

f *Sic intel*
lige *Specu*
lat. de arb.
§. 8. ver. seu
quid si arb.
ter.

g *Caie. Sol.*
Aragon in
d. 2. 4.

h *Panorm*
in ca. iuue
nis. de spon
sal. Aug.
Sila. Tab.
et alii in
verb. Du
bium.

A do vere dubium est, peccauerit necne, vt puta de rustico dubium fuisse: de monacho vero professore Theologiae non puto, tenebatur n. scire: perperam tamen inferitur, idem de re, nam nec dubium id est: & si foret, non sequenda nisi pars negatiua, quae tutior: & proinde vere benignior in animas.

B Alia quaedam postea accumulatur, quae praetermitto, quod sint non minus inepta, quam frigida, & ridicula, vt potest meræ fabellae, de Moysse, Virgilio, &c.

Potuisset fortius argumentari ex l. 4. C. de malef. & Mathem. vbi Constantinus Imperator scribit, Nullis criminationibus implicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus, aut in agris, locis innocenter adhibita frustra, ne maturis videmus metuerentur imbres, aut ventis, grandinisq; lapidatione quaterentur quibus non cuiusquam salus aut aestimatio laderetur, quorum proficeret actus. Respondet, solet, Constantinus adhuc rudem rerum fidei superstitiosa ad finem bonum remedia permisisse, ita Antonius Contius & alii, & addunt quidam posteriorem legis partem, ex libro *Caerentia*, non videtur in lege quicquam iniquum contineri. Nam Constantinus remedia superstitiosa non approbat, nec etiam licita esse pronunciat, sed dicitur taxat decidit in foro ciuili non esse puniendos, nec seuerissimis legibus (scilicet contra maleficos latentes) vindicandos, qui maleficia vel alias calamitates superstitiosis modis depellerent certe exquisitum est, non eandem subire conditionem eos qui contra salutem hominum aut pudicitiam moliuntur, & eos qui innocenter (sic loquitur) ista remedia adhiberent ad maleficia dissoluenda. Si perpendas, ista Accursij & Bartoli mensura fuit. Nihil ergo Constantini sanctio pugnat cum iure canonico, quo ista prohiben-

hiben-

hibentur. c. illud & c. qui sine 26. q. 1. cum
 simit quibus & peccare docetur, & in
 consciencia foro poenitentiam condi-
 gniam imperanda. c. ex tuarum de for-
 titeg. Semper remedia ista Christianis
 duplicauerunt, saepe & Ethnicis: vt do-
 cuit praeter alios, in quem hoc anno
 1606. indicat & praebente viro Nob.
 D. Joanne de Herrera incidi Annæus
 Robertus lib. 1. rerum Iudicatar. ca. 5.
 cuius doctæ & breuiter dicta, nihil ve-
 tat adscribere, Hippocrates veneficos quos-
 dam & irridet & execratur, qui se profite-
 bantur orationibus, & certis quibusdam sa-
 crificiis sanatos morbum, quæ illi sacræ,
 nos comitialia vocamus a. Galenus fraudes
 huiusmodi reicit, tanquam fraudes aniles,
 & praestigiaturas Aegyptiorum, & Babyloni-
 orum, atq; in Pamphylum quendam in-
 uehitur, qui in herbarum collectione impre-
 cationes quasdam admurmurare solitus e-
 rat b. Alexander φουλομαυδης à Luciano vi-
 detur, qui grassante pestilentia versum huc
 foribus inscribi iubebat, tanquam certissi-
 mum aduersus vim pestilentie remedium,
 Θεοῦ ἀνεπισημασμένου τοῦ ἐπιπέδου ἀπὸ τοῦ
 Διὸς. Thomas curaciones morborum d. per
 verba aliter fieri non posse credidit, quam
 virtute demonum: eosq; qui verbis & cha-
 racteribus morbos curant, vel alia que-
 piam miranda praeter naturam agunt, as-
 serit foedus habere cum malo demone, vel
 expressum, vel tacitum. Magia multā ha-
 bet cum medicina affinitatem. Plinius, Na-
 tam primum è medicina nemo dubi-
 tat (inquit) ac specie salutari irrepsisse,
 velut altiore sanctioremq; quam me-
 dicinam. Ita blandissimis desideratissi-
 misque promissis addidisse vires re-
 ligionis, ad quas maxime etiam num
 caligat humanum genus e & postea
 subdit: Itaque cum extraordinaria ista seu
 fraudes & impostura, seu etiam morborum
 curaciones, non remediis naturalibus con-

A stent, sed à demone procedant, reiciende
 sunt, nec inquirendum an profint nec ne.
 Sub Antonino Caracalla damnati sunt, qui
 remedia quartanis tertianisque collo ap-
 pensa gestabant f. Sub Imperatore Constā-
 tio si qui remedia quartana vel doloris al-
 terius, collo gestaret siue per monumentum
 transiisse vespere maleuolorum argueretur
 indicij: ille (inquit Ammianus Mar-
 cellinus) vt veneficus, sepulchrorumq;
 horrores & erratium ibidem anima-
 rum ludibria colligens vana pronun-
 ciatus reus capitis interibat g. Vlpianus
 incantationes, quantumvis in morborum
 curatione proficiant, reicit & dānat. h. Im-
 peratoria constitutiones remedia eiusmodi
 inhibet & interdicit. i. D. August. ab Eccle-
 sia vnione illos excludit, qui in collectionib.
 herbarum carmina dicunt, eosq; qui chara-
 cteres egrotis ad sanandos eos apponunt. k.
 Inter veteres Car. Magri sanctiones haec v-
 na est. vt à clericis vel laicis phylacte-
 ria, vel falsa inscriptiones, aut ligatu-
 re, q; imprudentes pro febrib. aut aliis
 pestib. adiuuari putat, nullo modo vel
 ab illis, vel à quoquam Christiano, fi-
 ant: quia magicæ artis insignia sunt.
 Cano. 42. Conc. Turonēsis sub Carolo I ma-
 gno habiti. Admoneat Sacerdotes Ca-
 tholicos populos, vt nouerit magicas
 artes, incantationesq; quibuslibet infir-
 mitatib. hominū nihil posse remedii
 conferre non animalib. languentibus
 claudicantibusve, vel et moribundis
 quicq; mederi, non ligaturas ostiū, vel
 herbarum cuiquā mortaliū adhibitas
 prodesse: sed hæc esse laqueos & infi-
 dias antiqui hostis, quib. ille perfidus
 genus humanū decipere nititur. Con-
 stantinus Imper. cum videret multos demo-
 nem Cilicium venerari quem etiam quia
 plerosque egrotos sanabat, i. αρεῶν ἰσθὶ
 solebant appellare, demonis illius tem-
 plum diruit penitusque subuertit, vt notum

f. Spartian.
 in Caracal-
 la

h. 19. in fi.
 i. l. 5. me-
 dicos D. de
 var. & ex-
 traor crim-
 i eorum. C.
 de malef-
 math.
 & can. ad-
 moncant
 can. no ob-
 eruetis 26
 q. 7. ca. nec
 mirum 26
 q. 1. c. illud
 26. q. 2.

l. Capitu.
 Caroli Ma-
 gni 6. c. 27

m Euseb.
l. 3. vita
Constantii.

cuique faceret, non ab huiusmodi demoni-
bus, sed a vero & omnipotenti Dei opem im-
plorandam, & petenda morborum remedia
m. Neque enim vel medicina intuitu, vel
morborum curationis gratia omittenda
sunt pietatis regulae, aut violanda Christia-
ne Ecclesiae praecepta. Sic ille, optime &
verissime, & sententiam hanc secuta
Parisiensis curia decreto suo confir-
mauit. Quae ex S.S. probationi addu-
xit intermedia praetermissi. quia loco-
rum illorum interpretatio verior & a-
prior alio tendit.

SECTIO IX.

EX his inferitur decisio de multis
formulis, quas non praetermittam
plane, ut de iis possint lectores, quan-
do de facto inciderint, iudicare; nec
ascribam integras, ne curiosi & impii
queant abuti: sed ascribam tantum ini-
tium ac finem, omittis mediis & cir-
cunstantiis, quas auctores earum re-
quirunt. Primae quatuor frequentes
sunt hic in Eburonibus.

1. ad equos sanandos, interrogant
cuius coloris sit: si dicas, spadice. cla-
mar, Spadix, si laboras tali vel tali mor-
bo, tam vere saneris, quam Ioseph &
Nicodemus, &c.

2. ante par ante, par ante ante, &c.
ut virgo Maria peperit.

3. alligare equum stoloni arboris,
quae nunquam fructum tulit, idque tri-
um horarum spacio.

4. pro quouis morborum genere,
funiculo laneo brachium circumdare,
in nomine Dei, &c. & ad nomen san-
cti, cui morbus tuus facer, funiculus co-
trahetur & fiet breuior, &c.

5. dicto, consummatum est, pedem
equi terrae fortiter inentere, & addito
alio versu ex orat. Do. clauum excidere.

A 6. ad morbum quendam animalis
sanandum, iniicere phialae vitreae aqua
lipida plenae, noue hordei grana, &c.

7. filium per chrisma trahere: aut terrae
imaginem, sub altaris pala abscondere.

8. tempore missae dentes tangere, &
quendam ex Euangelio passionis ver-
ficulum simul dicere.

9. cum aegrotante ante febris accessio-
nem manus lauare, & interea certum
ex psalmis versus submurmurare: vel
laborantis manu prehensa dicere, &c.

10. recipe tres panes missales, & in v-
no scribe, qualis est pater &c. in altero
&c. in 3. &c. & dare has hostias febrici-
tantis, &c.

Vndecima ducere egrorum feria sex-
ta (idque continuis tribus diebus) ante so-
lis ortum, versus orientem, & eo expan-
sis ad solem manibus in crucifixi morem
stante, dicere, Hodie dies illa est qua
Dom. Deus ad crucem accessit &c. deni-
que recitare nonies ternas orationes
Do. & ternas salutationes Angelicas.

Duodecima illud Aphricani: Gulta-
te & videte quod bonus est Dominus
in scriptum certae supellestili &c.

Decimatercia in aqua frigida cya-
thum instillare profluentis sanguinis
definito numero guttas, & inter vna
quamque legere pater noster &c. &
propinare patienti. eumque certa in-
terrogare: vel fronti eius certum verfi-
culum cruore illo inscribere. vel in san-
guine sistendo, dicere, Sanguis mane in
te, &c. sanguis mane fixus &c. & ter
repetere. Item, in sanguine Adae orta est
mors &c. & sanguis ut fluxum tuum
ut cohibeas. Item illud, Christus natus
est in Bethleem & passus, &c. & haec
dicentem tenere in nominatum digi-
tum in vulnere, & facere certas super
vulnere cum eo cruce, & dicere

quin-